



**Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. V. An appellanti quasi pro sua defensione apologeticum vulgare  
liceat?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

extra causam, in qua datum est: & quæ procurator ibi egerat, omnino erant diuersa à causa: at hic nulla de re fuit aetum, nisi quæ rescripto contineatur. eoque procurator post appellationem comparens renunciasset, & principali, tanquam dominus litis, præiudicasse censendus est.

## RESPONSUM IV.

*An appellanti quasi pro sua defensione apologeti-  
cum vulgare  
liceat?*

1. Appellatio  
licita non  
facit licitum  
conuicium  
Iudicii di-  
ctum.

2. Defensio  
licita exigit  
moderatio-

3. Appellans  
an possit  
vulgo edere  
 suas causas?

**Q**uamquam appellationis beneficium naturæ aequitas, atque causarum necessitas introducerit; ideoque nec oporteat Judicem existimare per illam sibi irrogari iniuriam; l. 20. C. de appell. neque appellante debet affluctio vlti, aut detentio iniuriare custodia. c. appellantem. 2. q. 6. Judicet men ab Appellantibus conuicium fieri non oportet: alioquin notantur infamia. l. 24. D. de iniur. l. 8. C. de appellat. quoniam eti naturali lege permisum sit, vt vim atque iniuriam propulsimus: l. 3. D. de iniur. & iur. non tamen sine moderamine inculparat tutelæ. l. 1. C. unde vi. atque adeo, quamuis, qui propter violentiam Iudicis appellare coram illo non audet; de eo possit publicè contestari: l. 2. C. de his qui per metum Iudicis. l. 7. D. de appell. id est coram testibus: ut ibidem glossa & que citat non tamen mox licitum est libellos vulgare. & vix est, quin in famosorum vitium cadant. l. 5. §. si quis libelum. D. de iniur. l. 15. §. ait prætor. vers. hac autem D. eod. in verb. conscribat, proponat, vel cantet aliquid, quod pudorem altius ledat. præfertim carminibus quasi monstra herculea inuadentibus. L. lex. Cornel. §. si quis librum. D. de iniur. & fam. citra ne-

cessitatē moderaminis inculpat tutelæ. d. l. 1. C. unde vi. vt etiam non condemnetur iniuriarum, qui libellos impunis. D. de iniur. non tamen aliter fides veri eum excusat, quam si non concuij cōfilio id fecisse te probet. l. 5. C. de iniur. adeoque id fecerit apud Iudicem, se ualias legitimè nulla tenus autem per libellum quomodo documque famosum gloso. in d. l. 8. verb. infamavit per leg. vnic. C. de fam. si libell. vt nec excusat quicquid, qui libello vel Principi dato famam alienam infectatus fuerit. d. l. 15. §. si quis libello D. de iniur. lane si quis salutis, inquit d. lex vnic. publica custodiā gerit, nomen suum profiteatur, & que per famosum libellum persequuntur. patuerit, ore proprio educat: ut absque villa trepidatione accedit: si quidem, quod si adseritionibus suis veris des fuerit opitulata, laudem maximam. & præmium à nostra clementia consequetur: si vero minimè hac vera ostendit; capituli pena plectetur, hinc de autem libellis alterius opinionem non ledat. vbi inculcantur requies, & salus publica, & accessio ad principem, non vulgum: & probato; & ab aliena existimationis lesionē abstinentia, nec Magistratibus quidem licet aliquid iniuriosè facere, quin si vel ut priuati, vel fiducia Magistratus fecerint, teneantur. l. 32. D. de iniur.

Sed & prætor requirit, ne quis, etiam iniuriā passus, vagetur cum discrimine aliena existimationis: sed designet, & certum spectanter dicat, quid iniuriæ factum sit. prætor. D. de iniur.

Quin, eti aduersus patronum iniuriarum actio non detur liberto, notabiliter tamen excipitur, si tempore liberta conuicium dictum sit imponendum. l. non solum. §. 1. ver. erg autem. D. de iniur.

Quod eo magis agrauatur si plam & vulgo dictum sit, cum etiam si in theatro, vel foro quis edat, & vulnerat, quamquam non acro.

atrociter, atrocem tamen iniuriam faciat. *I. sed est. vers. sed et si. de iniur.*

*Denique Praetor omne id vindicaturum se addicit; quod conuicium aduersus bonos mores facit. *Litem apud Labconem. §. 1. D. de iniur. vbi id Vlpianus late exanimat, quid aduersus bonos mores dictum factumque sit: & sic accipientium ait, non eius qui fecit, sed**

generaliter aduersus bonos mores huius cimitatis: atque adeo aduersus bonos mores harum regionum.

*Quæ omnia si conferantur cum apologeticis, quibusdam nuperis, facile liquet eos in causas legesque impingere: & in huiusmodi scriptorum arena malum per reciprocam contentioem, nimium excrescere in maledicentiam eudentem.*

## LIBER TERTIVS

### De vita & honestate Clericorum.

#### RESPONSVM I.

##### *De delatione rochetti.*



*Vestitum est an Decanus Collegiatæ Ecclesiæ L. posset gestare rochetum? interdixit Nuntius, permisit Ordinarius: rectius ille. Est siquidem rochetum vestis Episcopalis, iam antiquitus in Ecclesia ab Episcopis deferri solita. *Gauantus ex Baronto & aliis in Comment. in Rub. Missal. de preparat. sacerdot. celebratur in verb. rochetum. vnde c. clerici. 15. X. de vte. & honest. cler. postquam disposuerat dehabitum aliorum clericorum, Pontifices, inquit, in publico & in Ecclesia superindumentis linea omnes tantur: nisi monachi fuerint: quos oportet ferre habitum monachalem. Ad illud cap. Panor. ultimo nota, inquit, quod religiosi, etiam Episcopi, non debent uti rochetto, sed Episcopi secularves debet portare in publico & in Ecclesia super alta vestimenta: quod autem Innoc. III. ind. c. 15.**

non utrū verbo, *rochetū*, caula est; quod loco paraphras superindumentorum lineorum demum assumpta est vox *rochetū*, cū Sedes diu post Innocentium Auenionem est translata: idque ex gallico *roquet*: vt rectè Gauantus. *vbi sup.*

Igitur non aliis de clero competit usus rochetti, quam Episcopis, qui dum illud ferre iubentur, ceteri censentur prohiberi. *I. compre. tor. D. de ind. i. ex eo. D. de testib. c. nomine. X. de presump.*

Sed ut alia insignia Episcopalia, mitra, pedum, sandalia, annuli, alia que Abbatibus; & quadam ex illis per priuilegium communicata sunt etiam aliis prælati; ita & rochetum. & dum multa exempla alia prouocant; cepit illud in signe ita frequenter concedi petentibus prælati, præsertim in Italia, vt ferre communiter censeretur confessum, vnde Rubrica *Missal. d. tit. inaudiat se*, inquit, *si sit prælatus secularis supra rochetum, si sit prælatus reguli, vel alius sacerdos, supra superpellitam, quasi præfupponendo, argumen. to communiter accidentium in Italia, il. lud competere.*

Sed decretum S. Congregatio. Ritu. ut nuper ad More-

G 4 tum